



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCXXXVI. Otto, Markgraf von Brandenburg, verpflichtet sich einigen  
Hamburgern, den Rest seiner Schuld bei Vermeidung des Einlagers auf  
Martini abzutragen, am 23. August 1285.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Jus de Sneitlingen miles noster et alii fide digni. Et nos in testimonium huius rei Sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Anno domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LXXXquinto, XIII<sup>o</sup> kal. Julii.

*Nach dem Originale im Besitze des Hof-Cammerrathes Steinkopf zu Bernburg, Eigenthümers des Gutes Bergen.*

**CCXXXV.** Markgraf Otto von Brandenburg bestätigt für sich und seine Brüder den Deutschen Orden im Besitze des Dorfes und der Kirche zu Berge bei Rodensleben im Magdeburgischen, am 18. Juni 1285.

Otto, dei gracia Marchio Brandenburgensis, Vniuersis, ad quos presentes peruenerint Littere, Salutem in domino ihesu cristo. Cum inter viros religiosos Commendatorem et fratres ordinis Sancte Marie Theutonicorum, in villa Berge iuxta Rodensleue commorantes, ex vna parte, et viros honorabiles prepositum, Decanum et Capitulum Ecclesie Stendaliensis ex altera, super eadem villa et ipsius Ecclesia omnibusque aliis pertinentiis ad eandem villam, Et super eorum proprietate interuenerit compositio dudum talis, quod prepositus, Decanus et Capitulum supradicti renunciauerunt omnino iuri, quod in predictis bonis competeat eisdem, Et si aliquod habebant, pro se et Ecclesia sua, illud in predictum ordinem transfulerunt; Nos ad bonorum instanciam compositionem huiusmodi, vna cum nostris fratribus, ratam habentes, Renunciamus pro nobis et nostris heredibus omni iuri, quod nobis et eis in predicta villa et eiusdem Ecclesia, ut in aliis quibuslibet pertinentiis ad predictam villam vel in ipsius proprietate competere posset ex eo, quod ad nos et fratres nostros et ad nostros heredes dicte prepositure pertinet collatio, Vel ex causa successionis hereditarie, Seu ex modis aliis quibuscumque: promittentes et obligantes nos curaturos et effecturos, quod fratres nostri et heredes nostri predicta tenebunt rata et non contrauenient in futurum. In cuius Rei testimonium Sigillo nostro fecimus tenorem prefencium communiri. Datum Anno domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LXXXquinto, XIII<sup>o</sup> kal. Julij. Testes quoque, qui fuerunt presentes ordinationi tali, quod huiusmodi littere deberent a nobis dari, sunt Honorabiles viri Magister Richardus Scolasticus Magdeburgensis, Adam prepositus Stendaliensis, Aluericus Subprior et frater Burchardus lector ordinis predicatorum in Magdeburg et Conradus de Sneitlinge, miles noster, et alii fide digni.

*Nach dem ebenfalls vom Herrn Hof-Cammerrathe Steinkopf mitgetheilten Originale.*

**CCXXXVI.** Otto, Markgraf von Brandenburg, verpflichtet sich einigen Hamburgern, den Rest seiner Schuld bei Vermeidung des Einlagers auf Martini abzutragen, am 23. August 1285.

Nos Otto, Dei gracia marchio Brandenburgensis, omnibus presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod de trescentis choris filiginis et centum et quinquaginta

septem marcis cum dimidia Brandenburgensis argenti, in quibus Hinrico de Hetfelde et antiquo Floren et Hartwico Leoni de Erteneberg, fuimus obligati, adhuc ipsis soluere tenemur de debitis dictis triginta duos choros siliginis et dezem et octo marcas Brandenburgensis argenti in festo beati Martini proxime nunc venturo. Quod si burgenfibus iam dictis ad terminum nominatum non soluerimus, tunc Magdeburg uel Stendal aut Tangermundhe, vbicumque istorum trium locorum voluerimus, intrabimus ad iacendum cum nostris militibus, videlicet Johanne de Boc, Yone de Caluerwifch, Gerhardo de Kerckowe et Zabel dicto de Plawe, Conrado de Redere, Thiderico de Osterborg et Otone dicto Pincerna, inde non exituri, nisi de predictorum burgenfium ciuitatis Hammenburgensis, scilicet Hinrici, Floren et Hartwici, beniuola fuerit voluntate. Hec etenim omnia cum militibus predictis fide data promissimus inuiolabiliter obseruare. Vt autem hec inconuulla maneant, in testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum et actum Stendale, anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXquinto, in vigilia beati Bartholomei apostoli.

Aus Lappenberg's Hamb. Urkunden. I. S. 670. Nr. DCCCXVII.

**CCXXXVII.** Markgraf Otto der J. von Brandenburg genehmigt die von dem Römischen Könige Rudolph vorgenommene Verpfändung des Zolles zu Boppard an Grafen Eberhard von Katzenellenbogen, am 2. Oktober 1285.

Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, Junior, tenore presentium recognoscimus publice profitendo, quod nos obligationem thelonii Serenissimi Patris et Domini nostri Rudolphi, Romanorum Regis illustris et Imperii apud Bopardiam, quam obligationem dictus Pater noster et Dominus Rex fecit Viro Nobili Domino Eberhardo, Comiti de Katzenellenbogen, et suis heredibus, pro duodecim milibus marcarum denariorum Colonienfium, quam summam idem Comes in prefati Patris nostri et Domini et Imperii necessitatibus exposuit, et excepit, et in se recepit, admittimus, ratificamus, et de nostro consensu et libera voluntate gratam et acceptam habemus testimonio presentium litterarum. Datum Anno Domini Millefimo Ducentesimo LXXXV., quinto nonas Octobris in crastino beati Remigii Confessoris.

Aus Wenck's Hess. Landesgeschichte Bd. I. Urkunden. S. 53. Die Verpfändung des Zolles geschah durch König Rudolph zu Worms am 11. November 1282. —